
VIA VERITAS VITA
THEO LOGIA JUS MEDI
CINA ARTES LIBER ALES
AB ANIMO
CALIGINEM
DISPELLERE

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

CLAUDII GALENI

DE

OPTIMO DOCENDI GENERE

LIBELLUS.

NOVAE

MEDICORUM GRAECORUM OMNIUM

EDITIONIS SPECIMEN

EXHIBUIT

D. CAROLUS GOTTLOB KÜHN

PROFESS. CHIRURG. PUBL. ORD. ET VARIARUM SOCIETATUM

ERUDITARUM MEMBR. ETC.

LIPSIAE

IN COMMISSIS IOA. BENIAM. G. FLEISCHERI.

MDCCCXVIII.

PRAEFATIO.

Quod dudum animo suscepi et nuper publice edisserui consilium edendorum a me graecorum medicorum, qui diutius, quam par erat, inculti et quasi derelicti latuerunt, id vehementer laetor a multis viris eruditis, iisque harum rerum peritissimis arbitris, non fuisse solum omnino probatum, sed separatim quoque ideo laudatum, quod GALENUM, quamvis verborum ubertate, seu potius luxurie saepius molestum scriptorem, tamen exquisita eruditione insignem, atque omnis theoriae medicae, de rebus inprimis ad pathologiam pertinentibus, et terminologiae, etiamnunc a medicis usurpatae, praecipuum auctorem, ducendae medicorum graecorum pompae principem esse voluerim. Qui quidem plausus, merito mihi et longe gratissimus, ultro currentem magis instigavit ad editionem illam, quam promiseram, propediem

inchoandam. Sed cum prudentia suadeat, imo jubeat, ut opus maxime sumtuosum non prius ordiendum curem, quam de faciendis in eam rem impensis securus esse possim, invitavi viros eruditos, quibus literae humaniores curae cordique sunt, universos atque singulos, ut hoc meum consilium commendatione iuvarent sua et colligerent nomina eorum, qui certam voluntatem emendi libri subscribendo praestarent. Nec omnino vana fuit spes, fore, ut consilio meo et commendatores et adjutores contingant plurimi. Etenim nonnulli, e quibus et honoris et grati animi caussa prae ceteris nuncupo RUDOLPHIUM, Berolinensem, VOGELIUM et HUSCHKIUM, Rostochienses, CREUTZERUM et CONRADIUM, Heidelbergenses, SCHÜTZIUM, SEIDLERUM et WEINHOLDUM, Halenses, BURDACHIUM et LOBECKIUM, Regiomontanos, BENEDICTUM atque SCHNEIDERUM juniorem, Vratislavienses, MENDIUM, Gryphiswaldensem, THIERSCHIUM, Monacensem, splendida academiarum, in quibus vivunt, lumina, virosque illustres HIERONYMIUM et WILDBERGIUM, illum a rerum medicinalium consiliis intimioribus et Serenissimi Principis Megalopolitano - Strelicensis me-

dicum, hunc superiorem rerum medicinalium consiliarium, MERREMIUM, Coloniae Allobrogum a rerum medicinalium consiliis, et ZEMPLINUM, olim literarum universitatis nostrae civem, nunc Vratislaviae feliciter artem facientem, hi, inquam, viri egregii tanto cum ardore consilium meum ad eventum promovere studuerunt, ut ipsorum et adhortationibus et exemplo numerus eorum, qui meae medicorum graecorum editionis redemptionem sponderent, ad ducentos et quod excurrit, creverit. Quorum quidem virorum officiis uti me ob auxilium communibus literis latum, et honorem mihi habitum, maxime devinctum esse profiteor, ita illis nunciandum esse existimo, numerum subscribentium, qui hactenus mihi innotuere, adeo ne plenum quidem, nedum abundantem esse, ut plus dimidiam partem desideremus. Quam ob rem nisi aut principum liberalitas opus, de cujus magna utilitate inter omnes, penes quos hujus rei arbitrium est, constat, promoverit, aut ducenti ad minimum alii accesserint iis, qui jam nomina apud me professi sunt sua, totum consilium aut omnino abjiciendum erit, aut in feliciora tempora differendum.

Sed alia quoque ratione labor, quem graecis medicis dicavi, maximopere juvari potest. Latent enim in bibliothecis, quarum adeundarum copia mihi nulla est, codices manuscripti HIPPOCRATIS, GALENI, reliquorumque medicorum, quos cum editis exemplis conferrem lubentissime, si eos aliquamdiu oculis et manibus usurpare mihi liceret. Quod in paucissimis tantum facere potui, qui in bibliothecis regia Dresdensi et academiae senatusque Lipsiensis adservantur. Rogatos igitur cupio etiam atque etiam omnes viros doctos, qui thesauris bibliothecarum manuscriptis codicibus ditissimarum praesunt, ut eos, iis saltem in locis, inspiciant, quae in editionibus vulgatis lacunis amplis foedata reperiuntur. Sic, ut his utar exemplis, e GALENO desumtis, in fine libelli, ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ταῖς τοῦ σώματος κράσεσι ἕπεται, laceratus misere locus reperitur, quem tamen codex REINESII, qui e bibliotheca Schroeterorum Jenensium ad ipsum pervenerat, pleniorem habet una cum aliis, (vid. Ej. *epist. ad* CP. HOFMANN. *et* RUPERT. p. 522.) v. c. cod. CIX. bibliothecae reg. Bavar. unde IGN. HARDTIUS (cons. *Catal. codd. mstor. bibl. reg. Bav.* vol. II. p. 14.) quaedam cum lectoribus communicavit,

quibus desiderium totius loci in nobis magis incensum, quam exstinctum esse dolemus. Vtinam mihi contingat, ut experiar eandem illustrium bibliothecae Monacensis curatorum liberalitatem, cujus memoriam olim collegae mei justa laude celebrarunt, neque hodie deposuerunt, quippe quibus codicum antiquorum, tum Augustae Vindelicorum, nunc Monachii adservatorum, tam expeditus usus concederetur, ut libri scripti, quibus egerent, haud gravate huc mitterentur, quo commodius eos cum impressis conferre possent. — Porro in praeclari operis *περὶ τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων* libro VII. post caput octavum sex desunt capita, quae in latina tantum leguntur editione. Initium *περὶ εὐποριστων* deest, uti in libello *περὶ πτισσάνης* multae versus finem lacunae occurrunt. Quam misere dilaceratus commentarius de libris, quos GALENUS composuit, ad nos pervenerit, neminem latere potest, qui vel fugitivis oculis illius opera pervolverit. Cum autem in illo commentario multa ad vitam GALENI, ad historiam librorum suorum et inprimis ad genuinos a suppositis distinguendos facientia occurrant, optandum est, ut omnes bibliothecarum anguli excutiantur, si forte alicubi inveniantur codices in-

tegriores, quibus illae lacunae suppleri et lacera GALENI membra apte componi et feliciter sanari possint. Totius commentarii de vocalium instrumentorum dissectione non nisi latina versio typis excusa est Lugduni 1556. 8., quae infelix sors et commentariis IV de iis accidit, quae in Platonis Timaeo de rebus medicis dicta sunt, de caussis procatarcticis, de attenuante victus ratione, de musculorum dissectione etc. Nec integrum ad nos pervenit, certe in editionibus omnibus mutilum deprehenditur opus praeclarum de anatomicis administrationibus, cujus libri noni pars ea, qua GALENUS de spinalis medullae dissectione exposuit, et sex postremi libri periere toti. Magna quoque lacuna versus finem libri tertii reperiebatur in codice manuscripto, quem typis exscribendum curavit editor Basileensis, quae, cum operae adhuc in excudendo libro desudarent, ex alio codice fuit suppleta [a]). Nuper per literas, humanitate plenissimas, me certiorem fecit Generos. Eques DE MERCY, medicinae graecae apud Parisinos professor publicus, BOSQUILLONIUM haud

a) Cod. mst. nostrae biblioth. acad., quamvis vitiose scriptus, tamen in hoc ipso loco integerrimus est.

exiguam operam collocasse in hisce lacunis explendis et operibus Galeni a mendis quam plurimis purgandis. Sed in quas manus post viri hujus graece doctissimi obitum pervenerint lucubrationes istae, ignoro. Optandum autem est, ut ab interitu vindicatae mox publicentur.

Commoda autem sese mihi hoc loco offert opportunitas, viris eruditissimis gratum animum publice declarandi, qui curarum suarum in diligenti medicorum graecorum studio positarum fructus, ad orationem graecam emendandam et lectionis veritatem restituendam utilissimos, maxima cum liberalitate meo usui concesserunt. Inter hos inprimis commemorare juvat virum illustrem et experient. Car. Weigelium, a consiliis aulae et ord. St. Vladimir. et rubr. aquil. equitem, qui artem salutarem maximo cum plausu Dresdae facit, et veteribus Graeciae medicis, inprimis Hippocrati, Aretaeo et Aetio, singulare studium a multis inde annis feliciter consecravit, et partim in itineribus, quae ad Italiae aliarumque regionum bibliothecas aliquoties suscepit, codices medicorum graecorum manuscriptos cum editis libris accurate contulit, partim opuscula

medica, nondum edita, v. c. Aelii Promoti περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων, Alexandri Aphrodis. περὶ πυρετῶν, Pauli Nicaei βιβλίον ἰατρικὸν, Cassii problemata inedita, aliaque blattis tineisque erepta, jam ex Italia iterum redux, sub communi *Anecdotorum graecorum* titulo ad editionem praeparat. Is igitur pro ea, qua est erga me amicitia et erga communes literas favore, collationem codicis Vindobonensis lexicorum Erotiani Galenique pariter atque ea, quae, cum Galenum legeret, emendandorum contextorum caussa margini editionis Basileensis adscripserat, humanissime mecum communicavit, plura inque iis emendationum Galeni specimina et collationem codicis Vaticani Erotiani propediem daturus.

Neque vero minus de me meoque consilio, deque omnibus, qui medicorum graecorum scriptis justum pretium statuunt, promeruit Eruditissimus D. Struve, gymnasii Regiomontani director meritissimus, quem ab Illustri Burdachio accepi multum laborasse in emendando Hippocrate et Galeno. Quem ut primum rogaveram, ut mecum humanissime communicaret, quae notasset horum duumvirorum loca corrupta, et emen-

dare tentasset, statim annuit precibus meis, atque liberalissime concessurum se esse meis usibus omnia spopondit, quae aliquo modo vulneribus plurimis, quae librariorum ignorantia medicis graecis inflixit, sanandis inservire ipsi viderentur. Quam equidem conceperam animo spem, fore, ut hujus laboris eruditi specimen Lectoribus in notis, quas huic de optimo docendi genere commentariolo subjunxi, offerre possem, eam negotia alia, Viro Eruditissimo vi muneris sui perficienda, vanam reddidisse doleo.

Praeter omnem exspectationem nuncius mihi adferebatur, etiam Illustrem Chr. Fr. Harlesium, regi Borussorum a cons. intim. et in academia, quae Bonnae instituetur, clinices professorem publicum ordin., jam diu in Galeni nisi omnium omnino, certe primariorum operum editione adornanda laborasse atque subsidia varia sibi comparasse ad textum Galeni emendatiorem constituendum. Rogavi igitur eum per literas, ut aut mecum simul Galeni edendi provinciam administraret, aut subsidiorum ab ipso comparatorum usum mihi pretio soluto concederet. Paulo post certiorem me fecit vir illustris, se omnino moliri editionem potiorum Galeni scri-

ptorum criticam et animadversionibus instructam, quibus res a Galeno tractatas illustrare atque theoriam et praxin medicam illorum et nostrorum temporum inter se comparare animum induxerit: hunc ipsum laborem jam magna ex parte profligatum esse, suamque κρίσιν juvari insigniter exemplo editionis Galeni Basileensis, cui CASP. HOFMANNUS, quem olim Galeni editionem molitum esse inter omnes constat, multa adscripserit. E quo quidem libro, qua est insigni humanitate Illustris HARLESIUS, nonnulla mecum communicasset, nisi laborem describendi, ob literas inelegantes satis taediosum, gravis quoque oculorum inflammatio molestiorem reddidisset. Denique et HARLESIUS spem fovet, fore, ut codices manuscriptos cum editis Galeni libris conferre possit. Ceterum intra quinquennium hanc editionem tribus aut quatuor voluminibus in forma quarta neutiquam prodituram esse, Vir Eruditissimus significavit.

Jam nunc addenda sunt nonnulla de via ac ratione, quam in editione medicorum graecorum adornanda sequendam esse duxi. Id autem, cum primum ad hoc amplissimum valdeque laboriosum negotium animum ap-

plicarem, inprimis spectavi, ut medici graeci forma ad legendum apta, nec textu mendis typographicis corrupto exhiberentur. Sic enim spem concepi laetam, fore, ut viri eruditi prae ingenti, qui nunc obtinet, literarum graecarum amore, a legendis illis medicis, maligna robigine infectis, non abhorrentes, ad purgata et expolita eorum opera cupidius advolent, utilemque operam emendandis et illustrandis iis lubentius impendant. Praeterea aliud quoque mihi fuit propositum, quod si hac editione medicorum graecorum adsecutus fuero, felicem me praedicabo. Nam perpendenti mihi non sine gravi animi dolore, quanta cum arrogantia multi nostrae aetatis medici vanarum hypothesium suarum specie delectentur, et alto supercilio contemnant non solum aequales suos, sed veteres etiam artis suae auctores, quorum ne orationem quidem intelligunt, nedum ut HIPPOCRATIS, ARETAEI, GALENI aliorumque, quos naturae diligentissimos scrutatores et fidissimos observatores perpetua veneratione prosequendos censemus, sapientiam agnoscere velint: tam parum mirum videtur, cur medici a naturae tramite, quem HIPPOCRATES ὁ θεῖος, et qui ejus exemplum imitati sunt, feli-

cissime sunt persecuti, deflectentes, in tot errores praecipitentur, ut id unice mirer, qui fiat, ut omnino aliquid videant. Quos quidem errores ut medici juniores intuendo illustrium exemplorum documenta, imitatione dignissima, mature vitare discant, hac ipsa medicorum graecorum editione efficere studui. Quam rem cum ego in capiendo consilio unice spectarem, longe abfui, ut meum tempus studiumque in contextis e critices regulis de novo constituendis consumerem. Hoc enim qui perficere cupiet, instructior esse debet codicibus manuscriptis, accurate cum editis collatis, magisque me abundare otio, qui aliis negotiis districtus teneor, et ad haec studia non nisi animi recreandi caussa revertor. Quamobrem contexta graeca editionis Basileensis praecipue exprimenda curavi, deletis non nisi manifestis corruptelis, quas librariorum aut incuria aut ignorantia peperit, notatisque in dextro margine Parisiensis, in sinistro Basileensis editionum tomis paginisque.

Typothetarum errores emendavit Excellentissimus Godofr. Henr. Schaeferus, qui pro sua in me amicitia hujus laboris molestiam in se suscepit, cujusque ipsum nomen

fidem facit maximae in emaculandis preli vitiis diligentiae.

Versionem latinam propterea addere placuit, ut viris, ceteroquin literarum graecarum bene gnaris, a vocabulorum insolentia nulla ad legendum et intelligendum mora objiciatur. Novam autem versionem totius Galeni facere supervacaneum duxi, quippe cum eam viri utriusque linguae intelligentissimi, JAN. CORNARIUS, CONR. GESNERUS, alii exhibuerint, ut taceam illos, quorum cura in singulis Galeni libris e graeca lingua in latinam transferendis optime posita est, ut DESID. ERASMI aliorumque. Et CHARTERIUS quoque ex illis, quae suo tempore exstabant, versionibus librorum singulorum latinis selegit eas, quae ipsi optimae videbantur, easque, sicubi fortasse opus erat, ad emendatorum suorum contextorum rationem emendavit. Quamobrem CHARTERII exemplum imitatus, ex ejus editione repetii versionem latinam b), ita quidem, ut, ubi aliam,

b) JO. CH. GLI. ACKERMANNUS, Altorfinae quondam acad. prof. publ. ord., in JO. ALB. FABRICII *bibl. graec.* To. V. p. 500. putat quidem, CHARTERIUM haud pro eo esse habendum, *a quo latinae versiones*

quam quae a CHARTERIO expressa fuit, graecae orationis lectionem sequendam putarem, huic quoque convenientem versionem exhiberem.

Denique et de commentarii, a me promissi, ratione quaedam monenda esse videntur. Scilicet non is sum, qui existimem, opus esse animadversionibus multis et verbosis, in quibus non solum graeca contexta ad critices regulas examinentur, sed et res a medicis graecis tractatae ex hodierna artis salutaris conditione dijudicentur. Tali enim commentario, vel maximis doctrinae copiis referto, medicorum graecorum editionem, quam paro, per se jam vastae molis, magis oneratum, quam ornatum et auctum iri, persuasissimum habeo. Id imo mihi in hac editione curanda necessario et unice spectandum videbatur, contextorum vera integritas, et quam posset, vile editionis pretium. Et hoc quidem probabit laboris atque promissorum exitus: illud vero consequi studui, cum adhi-

---

omnibus numeris absolutae atque textui ad omnem partem respondentes proficisci potuerint. Sed quis unquam eo arrogantiae processerit, ut hoc ipsum de sua ipsius opera praedicet?

bendis, ubi usui venerat, scriptorum codicum variis lectionibus, et colligendis doctorum virorum coniecturis et emendationibus, passim dispersis, tum sedulo cavendo, ne typothetarum incuria aut meo aliquo errore nova vitia in textum introducerentur. Hoc modo equidem non nisi materiam collegi, quae aliis viris eruditis, quibus felicius contigit otium, utilis poterit esse ad medicorum graecorum contexta integritati suae magis magisque restituenda. Itaque in hoc specimine inveniet B. L. varietatem lectionis cum editionum Aldinae, Basileensis, Goulstonianae et Parisinae, tum codicum manuscriptorum, a THOMA GOULSTONO collatorum, praetereaque emendationes a JANO CORNARIO editioni Galeni Aldinae adscriptas, quibus JOS. SCALIGERI[c]) emendationes, quae exemplo Aldino copiosae adscriptae leguntur, in bibliotheca Guelferbitana publica adservato, cujusque usum ii, qui res Brunsuicensium gubernant, maxima cum liberalitate, id quod

---

c) Ex quo librum illum oculis manibusque tractavi, certus factus sum, contineri notationibus marginalibus hisce collationem unius alteriusve codicis msti, a SCALIGERO cum editione Aldina factam.

gratissimus agnosco, mihi concesserunt, addidissem, si vel literulam vir ille eruditissimus huic Galeni libello adscripsisset.

Ceterum verba, quibus CASP. HOFMANNUS usus est, cum edendi Galeni consilium cum viris eruditis communicaret, mea facio: „*Cupio rogatum*, scribebat [d]), *omnes bonos cordatosque, ut, si quae habeant Galeni scripta, sive nunquam edita, sive edita seorsim, sive cum, sive sine emendationibus, qua graecae, qua latinae orationis, ad me mittant, certi, de hoc ipsorum facto publice olim constiturum. Si qui etiam sint, in quorum manibus inveniantur correctiones nondum editae* VESALII, DODONAEI, CORNARII, LALAMANTII, GREGORII, BUDAEI, RICCII, FALCKENBURGII (addo PETRI LAUREMBERGII [e]),

---

d) *Comm. de usu part. c. h.* libr. XVI. Francof. 1625. f. in aversa tituli pagina.

e) Etiam ab hoc viro novam Galeni editionem graecolatinam promissam fuisse, cum mstis codd. collatam, infinitis in partibus auctam, emendatam et perpetuis commentariis illustratam, didici e JOACH. MORSII praefatione ad JOS. SCALIGERI *loci cujusdam Galeni difficillimi explication. doctissim. nunc prim. in luc. editam* L. B. 1619. 4. Quae plagula longe rarissima est.

Reinesii, Ed. Bernardi, Trilleri, Reiskii, Bosquillonii, Corayi, aliorum); *imo vero, si qui emendationes habeant ex collatione mss. in germanicis, italicis, gallicis, hispanicis, anglicis bibliothecis reconditorum, eos pariter rogo et obsecro, ut mecum communicent, certi, unicuique sua sine livore tributum iri. Hoc spondeo fide mea.*"

Scripsi in literarum universitate Lipsiensi ipsis Idibus Jun. A. R. S. MDCCCXIIX.

E Fabricii Bibliotheca Graeca

Lib. IV. c. 19. T. V. p. 599.

3. Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. *De optima doctrina* liber. Extat in ed. princ. Aldina T. I. f. 4. in graeca Basil. 1538. T. I. p. 6. in edit. Chart. T. II. p. 16. in septima Junt. edit. in isagog. f. 30.

Scriptus est in Phavorinum *), philosophum, qui τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν dixerat, a Galeno iuvene, ut videtur, non πρὸς ἔκδοσιν. Ipse enim eum libellum non memorat, neque in libro de libris propriis, neque in lib. de ordine libror. suor. **) Citantur in eo libri, qui interierunt, περὶ ἐπιδείξεως.

*) Damnant hanc huius nominis scribendi rationem, praeeunte Jonsio, Olear. ad Philostr. de vit. sophistar. lib. I. c. 8. p. 489. et Reitz. ad Lucian. Demonact. II. p. 380. not. 62. Nomen enim Favorini a favore derivandum esse docuerunt. K.

**) Quod quomodo Ackermanno excidere potuerit, haud video. Enumerat enim Galenus hunc libellum disertis verbis inter eos, quos post amplissimum *de demonstratione* opus, libris xv constans, fusius elaboratos edidit, c. xii. T. IV. ed. Bas. p. 367. lin. 43, ed. Chart. T. I. p. 4-. qui locus in Bas. ed. aliter legitur, quam in Chart. Videtur Charter. duos libros, ad Favorinum scriptos, in unum contraxisse. Verba enim ed. Basil. περὶ ἀρίστης διδασκαλίας πρὸς Φαβουρῖνον ὑπὲρ Ἐπικλήτου πρὸς Φαβουρῖνον ἕν, leguntur in Chart. ed. ita, ut πρ. Φαβ. post διδασκαλίας omittantur, et locus vertatur: *de opti-*

Codices. [Nullum equidem in catalogis codd. inveni. K.]

Editiones. Graece et lat. in *Opuscul. Gal. variis, a* Theod. Goulstono *recensitis, mendisque quam plurimis repurgat. et in lingu. latin. clarius puriusque, quam antehac, traduct.* etc. Lond. 1640. 4. p. 31 - 39. [E manuscriptis codd. Adelphi, Londinensi, vetere interprete et impressis invicem collatis graecum textum aliquanto purgatiorem exhibitum esse, contendit Goulston. Sed scatet innumeris typothetarum mendis. K.]

Versiones. *Latina* Nicolai de Rhegio, quae est in edit. Oper. Galeni Papiensi (1515. f. Vol. I. p. 5.). Erasmi Roterod. quae est in Opp. Erasmi T. I. p. 1058. et editt. Gal. Iuntinis. In septima edit. in isagog. f.... Accessit haec Erasmi interpretatio Sexti Empir. opp. Par. 1621. f. Prodiit etiam cum Sexti Emp. Pyrrhon. hypotypos. lib. III. Galeni de optimo docendi genere liber, in quo adversus veteres Academicos Pyrrhoniosque disputat, D. Erasmo interprete, in ed. H. Stephani. Paris. 1562. 8. Scorsim exstat: Claud. Galeni contra Academicos et Pyrrhonios, interprete Erasmo Roterod. Antw. 1569. 4. Prateoli, doctor. med. Paris., versionem edidit R. Charterius [quam exprimendam curavi in sequentibus. K.]. Jani Cornarii exstat in edit. Gal. oper. latina Conr. Gesneri in isagog. p. 115. (Th. Goulstonus denique libr. laud. graeco textui versionem latinam adiunxit novam, eamque probabilem. K.)

---

nia doctrina pro Epicteto adversus Favorinum lib. un. Videtur autem mihi primo Φαβουρίνου nomen per ω scribendum esse, et deinde post priora πρὸς Φαβ. interpunctio maior ponenda. Cum enim Favorinus scripserit librum ad Epictetum, hunc peculiari commentario refutandum sibi sumsisse videtur Galenus. K.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ.

Κεφ. α.

Ed. Ch. T. II. pag. 16. Τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνος φησίν. ὀνομάζουσι δ' οὕτως οἱ Ἀκαδημιακοὶ, καθ' ἣν τὴν ἀντικειμένην προςαγορεύουσι. Ed. Bas. T. I. p. 6. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι, τελευτᾷν αὐτὴν εἰς ἐποχὴν ὑπολαμβάνουσι, ἐποχὴν καλοῦντες τὴν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀοριστίαν, ὅ, περ ἐστὶ περὶ μηδενὸς πράγματος ὁρίσασθαι, μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως. οἱ νεώτεροι δὲ, οὐ γὰρ μόνος ὁ Φαβωρῖνος, ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον ὁμολογεῖν εἶναι καταληπτόν· ἐνίοτε δὲ, εἰς τοσοῦτον τὴν γνῶσιν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιτρέπειν αὐτὴν, ἄνευ τοῦ διδαχθῆναι πρότερον ἐπιστημονικὸν κριτήριον. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν, ὃ Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀκαδημιακῆς διαθέσεως, ὃ Πλούταρχος ἐπιγέγραπται. λέγει δὲ αὐτὸ ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν ᾧ δήπουθεν ἐστὶν Ὀνήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος Ἐπικτήτῳ διαλεγόμενος. καὶ μέντοι κἀν τῷ μετὰ ταῦτα γραφέντι βιβλίῳ, Ἀλκιβιάδει, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς Ἀκαδημιακοὺς ἐπαινεῖ, προςαγορεύοντας μὲν ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις λόγων, ἐπιτρέποντας δὲ τοῖς μαθηταῖς αἱρεῖσθαι τοὺς ἀληθεστέρους· ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εἴρηκε, πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν εἶναι καταληπτόν. ἐν δὲ τῷ Πλουτάρχῳ συγχωρεῖν ἔοικεν, εἶναί τι βεβαίως γνωστόν. ἄμεινον γὰρ οὕτως ὀνομάζειν τὸ καταληπτὸν, ἀποχωροῦντας ὀνόματι Στωϊκῷ. καὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον, νὴ τοὺς θεοὺς,

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER.

Cap. 1.

Argumentationem in utramque partem, optimam esse doctrinam censet Favorinus. Sic autem nominant Academici eam, secundum quam oppositam enunciant. Antiquiores igitur eam in epochen terminari autumant; epochen vocantes, ac si quis dixerit indefinitionem, *ancepsve iudicium*, quod est nulla de re determinare, nec certo enunciare. Recentiores autem (non autem solùs Favorinus) aliquando eo promovent epochen, ut ne solem quidem fateantur esse comprehensibilem. Aliquando vero in tantum promovent cognitionem, ut discipulis eam permittant nondum prius edoctis de scientifico iudicandi instrumento. Nec enim aliud est, quod Favorinus dixit in libro de constitutione academica, qui Plutarchus inscribitur. Idem autem dicit in libro ad Epictetum, in quo scilicet est Onesimus Plutarchi servus cum Epicteto disputans; ac certe eo in libro, quem postea scripsit, Alcibiade, et ceteros Academicos laudat, disputantes quidem invicem contrariis rationibus, permittentes autem discipulis ex his eligere veriores; sed in hoc quidem ipso dixit, probabile sibi videri, nihil esse comprehensibile; in Plutarcho autem concedere videtur, aliquid certo posse cognosci. Praestat enim sic appellare comprehensibile, abstinentes a Stoico nomine. Atque ego, per Deos, mirabar,

Ed. Ch. ὅπως ὁ Φαβωρῖνος εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν φωνὴν εἰωθὼς Ed. Bas.
μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων, οὐ παύεται
λέγων, οὔτε τὸ καταληπτὸν, οὔτε τὴν κατάληψιν,
οὔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, οὔτε τὰ τούτοις
17 ἀντικείμενα οἷον στερητικῶς λεγόμενα, ἀκατάληπτον
φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτήν. ὡς δὲ καὶ
τρία βιβλία γράψας, ἓν μὲν πρὸς Ἀδριανὸν, ἕτερον
δὲ πρὸς Δρύσωνα, καὶ τρίτον πρὸς Ἀρίσταρχον,
ἅπαντα περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἐπέγραψε.
καὶ καθ' ὅλα γε αὐτὰ γενναίως ἀγωνίζεται, πειρώμενος ἐπιδεικνύναι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν ἀνύπαρκτον.

Κεφ. β.

Ἐγὼ δ' οὔτ' ἄλλο τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν παρὰ τὸ γνωστὸν, οὔτ' ἄλλο τι τὸ καταλαμβά- 7
νεσθαι τοῦ βεβαίως γιγνώσκειν, ἀνάλογον δ' αὐτοῖς λέγεσθαι τήν τε κατάληψιν, καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν, ἢ ἀκούειν, ἢ ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις· ἔνια δὲ οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλήθειαν ὁρῶμεν, ἢ ὅλως αἰσθανόμεθα· ταυτὶ μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Ἀκαδημιακῶν καὶ Πυῤῥωνείων, εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νομίζουσιν· ἃ δ' ὄναρ ἢ παραπαιόντων ἡ ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ ταῦθ' ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν αὐτὸ τοῦθ' οὕτως ἔχειν, ἐξαλειψάτωσαν, ἐν οἷς γράφουσι, μήτε τοῦ μαινομένου τὸν σωφρονοῦντα, μήτε τοῦ νοσοῦντος τὸν ὑγιαίνοντα, μήτε τοῦ κοιμωμένου τὸν ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν. εἰ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ἐστὶν, ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γνωστὸν, συγκέχυται μὲν δήπου τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια, οὔτ' αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ὁ Ἀκαδημιακὸς, οὔτ' ὁ μαθητὴς αὐτοῦ δυνήσεται κρῖναι, τοὺς εἰς ἑκάτερα τῶν ἀντικειμένων εἰρημένους

quomodo Favorinus assuetus Atticae dictioni, singula nomina commutare non desinat, dicens neque comprehensile, neque comprehensionem, neque comprehensivam imaginationem; neque his opposita, ut quae privative dicuntur, incomprehensibilem imaginationem, vel ipsam incomprehensionem. Ut autem tres libros scripsit, unum ad Adrianum, secundum ad Drusonem, et tertium ad Aristarchum; hos omnes inscripsit de imaginatione comprehensiva, et per omnes hos libros strenue disputat, conatus demonstrare, non dari comprehensivam imaginationem.

Cap. 2.

Ego vero nihil aliud comprehensibile puto significare, quam cognoscibile; neque aliud comprehendere, quam certo cognoscere; similem vero his dici comprehensionem, et comprehensivam imaginationem. Cum enim quaedam putamus vel videre, vel audire, vel omnino sentire, quemadmodum in somniis et deliriis; quaedam vero non arbitramur solum, sed revera videmus, vel omnino sensu percipimus: haec quidem posteriora omnes homines, praeter Academicos et Pyrrhonios, ad certam cognitionem venire credunt; quae vero per somnia, aut quae delirantium fingit animus, falsa esse haec omnia. Si autem sic rem se habere concedant, deleant ea, quae sunt in libris, in quibus scribunt neque sapientem insano, neque sanum aegro, neque vigilantem dormiente, fide digniorem ad rerum cognitionem esse. Si vero nihil magis ipsis, quam contrario modo affectis cognoscibile, confusa sunt certe cognoscendae veritatis instrumenta; neque ipse praeceptor Academicus, nec eius discipulus poterit iudicare de rationibus dictus in utramque partem

Ed. Ch. λόγους. ἔτι δὲ οὐ δεησόμεθα τὴν ἀρχὴν τοιούτων διδασκάλων, δυνάμενοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα Ed. Bas. τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιῃρημένων ἀναγινώσκειν, καὶ οὐδὲν ἧττον τῶν Ἀκαδημιακῶν εἰδέναι, κἂν ἀσαφές αὐτῶν τὶ ᾖ, τὸ μὲν παρὰ τῷ Χρυσίππῳ τοῖς Στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὀνομάζειν ἐστὶ, τὸ δὲ παρὰ Θεοφράστῳ καὶ Ἀριστοτέλει τοῖς Περιπατητικοῖς· οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων, ὥστ᾽ οὐδὲν ἄν τι λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀκαδημιακοῖς, ὅσον ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου λόγῳ. τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις αὐτὸ δὴ τοῦτο ἦν δίδαγμα, τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀνθρώπῳ δεδομένον ὑπὸ τῆς φύσεως, ᾧ παραβάλλων ἕκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγνώσεται. διὸ μηδ᾽ ἀποφήνασθαι περὶ μηδενὸς ἠξίουν, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχειν ἀεί. ἀλλ᾽ εἰ δὴ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις αἴσθησιν ἱκανῶς συγχωρήσουσιν ἡμῖν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τῆς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρήσεως, ἀλλ᾽ ἑτέρου τινὸς ἀπαιτήσεως, μᾶλλον μὲν τοὺς τεχνίτας παρέχοντας τοῖς μαθηταῖς εὐθέως, ἀλλ᾽ ἕτερον τὸ λογίζεσθαι, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν. τοῦτο δ᾽ ἔστι τὸ ἐπισταθῆναι τῷ γυμναζομένῳ, καὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθούμενον μόνα. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορθοῦται τὰ τῶν παλαιόντων ἁμαρτήματα, καὶ ὁ γραμματικὸς, καὶ ὁ ῥήτωρ, καὶ ὁ γεωμέτρης, καὶ μουσικὸς, οὕτω διδάσκουσιν οὐ διασείοντες, οὐδὲ σαλεύοντες τῶν μαθητῶν ἣν ἔχουσι πίστιν ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις, ἀλλ᾽ ἐφεστῶτες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι περ ἂν ἀναμαρτήτους ἀποδείξωσι τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας, ἀλλ᾽ οὐχὶ τὴν ἐποχὴν εἰσάγοντες. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ ταῖς ἐνεργείαις σὺν αἰσθήσεσιν ἀπιστεῖν ἀνατιθέντες, ἢ τοῖς ὑπό του βεβαίως γιγνωσκομένοις
18 καταφρονεῖν. ὁ γοῦν Καρνεάδης, οὐδὲ τοῦτο τὸ πάντων ἐναργέστατον συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα μεγέθη, καὶ ἀλλήλοις ἴσα γίγνεται. τοὺς μὲν οὖν λόγους, οἷς ἐπιχειρεῖ λύειν καὶ ταυτὰ καὶ

oppositorum. Praeterea non indigebimus a principio eiusmodi praeceptoribus, cum et ipsi possimus scripta, quae a sectarum auctoribus sunt ex opposito divisa, perlegere; nec minus quam ipsi Academici dignoscere; et si quid ipsorum obscurum sit, id quod apud Chrysippum Stoicis praeceptoribus, quod autem apud Theophrastum et Aristotelem ipsis Peripateticis certius nominare liceat; et sic de ceteris, ita, ut nihil Academicis ad doctrinam sit reliquum iuxta Favorini rationem. Senioribus enim hoc erat praeceptum, nullum esse iudicandi instrumentum homini concessum a natura, quo cuncta, comparatione facta, accurate cognosceret. Quapropter nihil de ulla re volebant affirmare, sed de omnibus semper anceps ferre iudicium. Sed si nobis concedant, ut decet, naturalibus iudicandi instrumentis sensum sufficienter inesse, nulla iam nobis opus erit argumentatione in utramque partem, sed alia quadam repetitione, ut artifices non statim artem discipulis praebent, sed aliam argumentationem, a multis dictam calculis computationem, hoc est, praeesse ei, qui exercetur, et attendere, in quibus hic fallitur, eaque sola corrigere. Similiter et puerorum gubernator luctantium errores emendat, et grammaticus, et rhetor, et geometra, et musicus sic docent non labefactantes, neque convellentes, quam discipuli fidem habent de naturalibus instrumentis iudicandi, sed ipsis exercendis praefecti, donec singulas actiones edant inculpatas; non vero ad epochen adducunt, ipsi enim sunt, qui in actionibus cum sensibus diffidentiam afferunt, vel ea contemnunt, quae ab aliquo certo cognoscuntur. Carneades igitur neque id, quod est omnium evidentissimum, credendum esse concedit, quod magnitudines uni aequales sunt, et aequales inter se. Habemus igitur rationes, quibus haec solvere contendit, et

Ed. Ch. ἄλλα πάμπολλα τῶν ἐνάργως τὶ εἶναί σοι φαινομένων Ed. Bas. τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε σωζομένους ἔχομεν. ἀπόκεινται γὰρ ἐν γράμμασιν ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ συναθροισθέντες. αἱ λύσεις δ' οὔθ' ὑπ' ἐκείνων, οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς εἴρηνται τῶν μετ' αὐτὸν Ἀκαδημιακῶν. ἆρ' οὖν, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε μόνον, ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες οὗτοι, καὶ ζητητέον τὴν λύσιν αὐτῶν ὑμῖν, ὦ μαθηταί; μοχθηρὸν μὲν γὰρ τοῦτο, σμικρότερον δ' ὅμως οὐ πεποιήκασιν, οἱ γράψαντες μὲν αὐτοὺς, μὴ δηλώσαντες δ' ὑμῖν, ὁποῖοί τινές εἰσι.

Κεφαλ. γ.

Ἡδέως δ' ἂν ἠρόμην, εἴπερ ἦν Φαβωρῖνος, ἆρά γε κελεύει με πείθεσθαι αὐτοῖς ἅπασι τοῖς λόγοις, ἢ σκοπεῖσθαι, πότερον ἀληθεῖς εἰσὶν, ἢ ψευδεῖς; ἓν δὴ γὰρ σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν. ἠρόμην δ' ἂν ἐπὶ τῷδε πάντως, εἰ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει διακρίνειν ἀληθεῖς λόγους ψευδῶν, ἢ μέθοδός ἐστι τῆς ἑκατέρων γνώσεως; εἰ μὲν γὰρ φύσει, πῶς οὐχ ὁμολογοῦμεν ἀλλήλοις ἅπαντες, οὐδ' ὡσαύτως ἀποφαινόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν; εἰ δὲ μέθοδός τίς ἐστιν, αὐτὴν πρώτην μαθεῖν ἐδεήθην. ἑξῆς δὲ ἐπιστατοῦντας αὐτοὺς γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐπὶ παραδειγμάτων πλειόνων, ὥσπερ οἱ παλαίειν μανθάνοντες, ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ οἰκοδομεῖν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ ἀναγιγνώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὅλως ὁτιοῦν ἐνεργεῖν κατὰ τέχνην. εἰ μὲν οὖν ἔγραψέ τις τῶν Ἀκαδημιακῶν, οἷον μέν τι χρῆμά ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, οἷον δὲ σόφισμα, καὶ ὡς χρὴ διαγινώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ γυμνάζεσθαι κατὰ ταῦτα, ὡς ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν, ὡς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρουμένων τῶν μαθητῶν, πλὴν ὅτι περιττός ἐστιν, ἐδίδασκεν ὁ Ἀκαδημια-

alia quamplurima eorum, quae evidenter existere tibi apparent, ac creduntur, adhuc ad id conservatas. Ab eius enim discipulis collectae scriptis mandatae fuerunt; solutiones vero neque ab ipsis, neque ab ullo alio Academicorum post eum allatae sunt. Igitur si nihil aliud, saltem hoc unum demonstravit, quod fallaces sint eiusmodi rationes, et quaerendam esse nobis harum solutionem, o discipuli? Improbum illud est, nec tamen minus improbe fecerunt, qui has scripsere rationes, nec, quales essent, vobis indicarunt.

Cap. 3.

Libenter quaererem, si Favorinus adesset, an iubeat omnibus his rationibus assensum me praebere, vel considerare, utrum verae sint, vel falsae; unum enim considerandum esse concessit. Quaererem autem in universum, num a natura singulis hominibus insitum sit, discernere veras rationes a falsis; vel sit aliqua ratio artificiosa ad utrarumque cognitionem. Si enim a natura, quidni omnes inter nos consentimus? et eadem de iisdem rebus pronuntiamus? Si vero sit quaedam methodus, ipsam primo oportuit addiscere, deinde ludo praefectos, ipsos discipulos vario modo, exemplis quam plurimis exercere; ut eos, qui luctandi artem discunt, vel sutoriam, vel aedificatoriam, vel naves compingendi, vel rhetoricam, vel legendi, vel scribendi, vel alio quovis modo secundum artem operari. Si igitur quispiam Academicus scripserit, quid sit demonstratio, quid sophisma, et quomodo oporteat ea dignoscere, et quemadmodum circa ea sese deceat exercere, ut Favorinus permittit iudicium discipulis, in utramque partem disputantibus, nisi eum aliquid supervacaneum fuerit; docuerit

Ed. Ch. κὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἔχομέν τε ἡμεῖς τοὺς ἰδίων τῶν δογμάτων διδασκάλους. εἰ δ᾽ οὔτ᾽ ἔγραψέ Ed. Bas. τις ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, οὔτ᾽ ἐγύμνασεν, ὅμοιόν τι ποιεῖ τέκτονι κελεύοντι τῷ μαθητῇ μετρῆσαί τε, καὶ στῆσαι, καὶ ἀποτεῖναι, καὶ κύκλον γράψαι, χωρὶς τοῦ πῆχυν δοῦναι, καὶ ξυστὸν, καὶ κανόνα, καὶ κιρκῖνον. ἀλλ᾽ ἴσως φησὶ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ δόγμασι. μὴ τοίνυν ἔτι προςποιοῦ γιγνώσκειν τι, μηδ᾽ ἀποφάναι, μηδ᾽ ἀποδίδρασκε τὴν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἀκαδημιακῶν εἰςαγομένην ἐποχὴν, μηδὲ σεμνύνου γραμματικοῦ ποιῶν ἔργον, ἃ μὲν εἰρήκασιν οἱ πρόσθεν ἐκμεμελετηκώς· ὅτι δὲ αὐτῶν ὑγιές ἐστιν οὐδὲν, εὔδηλον ἐννόῳ. οὐδὲ γὰρ διδασκάλου τό γε τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀδολεσχία τις ἢ λῆρος. πόθεν οὖν ἐλπὶς ὑπολείπεται τῆς τῶν ἀληθῶν εὑρέσεως; ᾧ γὰρ οὐδὲν ὑπάρχει κριτήριον ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, ἀνέλπιστος ἡ γνῶσις αὐτοῦ. ἐγχείρησον δὲ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ἡμῖν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον, ὥστε γε μετὰ τοῦτο τολμηρῶς. ἡμῖν μέντοι ἴσως φησὶν, αἴσθησίν τε καὶ νόησιν ἐναργῆ κριτήρια τοῦ ἀληθοῦς εἶναι, συγχωρήσειεν ἄν τις ἐν λογικαῖς κυλιν-
19 δεῖσθαι βουλόμενος ἐλπίσι ματαίαις. ὅσοι δ᾽ ἀνῃρήκασιν ὅλην τὴν ἐλπίδα, καθάπερ ἐκεῖνος, μάτην φλυαροῦσι. εὔδηλος οὖν ἐστὶν ὁ Φαβωρῖνος, αἰδοῖ μὲν ἀνατρέπων πάντα, καὶ ἀγνοεῖν ὑπάρχειν ὁμολογῶν, ὅθεν ὑπάρχειν οἱ πρόσθεν ἔλεγον Ἀκαδημιακοί τε καὶ Πυῤῥώνειοι· προςποιούμενος δ᾽ ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν τοῖς μαθηταῖς, ἣν οὐδὲ ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν οἱ πρὸ αὐτοῦ.

Κεφ. δ.

Ὅτι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῶν μανθανόντων ὁτιοῦν, οἵαν ἐννοεῖται Φαβωρῖνος, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀρίστη τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ οὐδὲ διδασκαλία τὴν ἀρχὴν, ἐναργῶς οἶμαι δεδιδάχθαι. ἂν δ᾽ οἱ λοιποὶ

Academicus singula, quae dicta sunt: nos vero habemus singularum praeceptionum doctores. Si vero nullus de ipsorum differentia scripserit, aut exercitationem formaverit, simile quid agit, ac faber praecipiens discipulo, ut metiatur, ponderet, extendat ac circulum describat, nec ille praebet cubitum, libram, regulam aut circinum. Sed nihil fortassis, inquit, in philosophia et praeceptis inest simile. Ne igitur assimules te aliquid cognoscere, aut enunciare, aut discedere ab allata a veteribus Academicis epoche, nec te iactes, dum grammatici opus perficis, qui te exerces in iis, quae antiqui dixerunt. Apud ipsos autem nihil esse praeclari manifestissimum est animadvertenti, neque enim id proprium praeceptoris est, sed nugacitas quaedam et deliramentum. Unde igitur spes veritatis inveniendae relinquitur? Cui enim nullum est veri et falsi iudicandi instrumentum, eius est insperata cognitio. Aggredere autem solum, sophistas docere, nobis a natura nullum insitum esse iudicandi instrumentum, ut certe postea audacter asseverasti. Nobis autem fortasse dicit, sensum et intellectum certa esse veri iudicandi instrumenta, quod quis concederet in logicis volens inani quadam spe volutari. Quicunque autem omnem spem sustulerunt, quemadmodum ipse, frustra nugantur. Conspicuus igitur est Favorinus, quem pudet, dum omnia subvertit et fatetur se ignorare, unde orta sint ea, quae veteres Academici et Pyrrhonici dixere, simulans, discipulis se iudicium permittere, quod nec sibi ipsis illi, qui ante ipsum fuere, permiserunt.

Cap. 4.

Quod vero haec via docendi eos, qui aliquid addiscunt, qualem Favorinus intelligit, non solum inter ceteras non sit optima, sed nec doctrinam esse, ab initio abunde demonstratum arbitror. Reliquae vero

Ed. Ch. πάντες, διδασκαλίαι μέν εἰσιν, εἰ δ' ἄρισται, σκο- Ed. Bas.
πῶμεν, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὖθις ἀρξάμενοι. φαίνεται γὰρ ἡμῖν ἐναργῶς τοῦτο, κἂν ὅτι μάλιστα αὐτοῖς ἄπιστον ἐργάσασθαι σπουδάζουσιν οἱ σοφισταὶ, μηδὲν εἶναι κριτήριον φυσικόν· ὁ μὲν γὰρ κιρκῖνος γράφει τὸν κύκλον, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὰ μήκη, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη. ταῦτα δὲ 8
αὐτὸς κατεσκεύασεν ἄνθρωπος, ἐκ τῶν φυσικῶν ὀργάνων τε καὶ κριτηρίων ὁρμώμενος, ὧν ἀπωτέρω κριτήριον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε σεμνότερον ἔχομεν. εἰ τοίνυν ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι δεῖ, λέγει γὰρ πάλιν ὁ νοῦς, ὅτι πιστεῦσαι μὲν, ἢ ἀπιστῆσαι ὡς τῷ φυσικῷ κριτηρίῳ δυνατὸν ἡμῖν ἐστι, κρῖναι δ' οὐ δυνατὸν αὐτὸ δι' ἑτέρου τινός. ᾧ γὰρ κρίνεται τἄλλα πάντα, πῶς ἂν τοῦτο πρὸς ἄλλου κριθείη; πιστεύειν βούλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναργῶς ὁρῶσι, καὶ τῇ γλώσσῃ γευομένῃ, τουτὶ μὲν μῆλον εἶναι, τουτὶ δὲ σῦκον, ἢ μὴ πιστεύειν; ὑπείσομαι ὃ βούλει ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν, εἰ μέντοι σπεύδεις διαλέγεσθαί μοι. μὴ πιστεύοντος δὲ, ὡς παρὰ φύσιν ἔχοντος ἀφίσταμαι. κείσθω πρότερον ἀπιστεῖν σε, μηδὲν ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ. τοῦτο γὰρ ἄρτι πέπαυμαι λέγων. ὑποκείσθω δέ σε πιστεύειν, ἐλπίζεσθαι μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ κρίνειν. ἀλλ' ἐγὼ τὰ μὲν αἰσθητὰ τοῖς ἐναργῶς αἰσθήσει φαινομένοις, τὰ δὲ νοητὰ, τοῖς ἐναργῶς νοουμένοις. ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν φυσικῶν κριτηρίων, αἱ τέχναι πᾶσαι κατασκευάζουσιν ὄργανά τε καὶ κριτήρια τεχνικὰ, δι' ὧν τὰ μὲν αὐτοῖς συντιθέασι, τὰ δὲ ὑφ' ἑτέρων συγκείμενα κρίνουσιν, κἀγὼ διδάξω ὅλως, ὄργανά τε καὶ κριτήρια, τὰ μὲν οἷς κατασκευάσεις τοὺς ἀληθεῖς λόγους, τὰ δ' οἷς τοὺς ἐφ' ἑτέρων κρινεῖς γεγονότας. ἔχει γὰρ οὕτως τὸ πᾶν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τι φαίνοιτο πρὸς αἴσθησιν, ἢ νόησιν ἐναργῶς, οὐ χρήζει τοῦτο ζητήσεως. εἰ δὲ μήτε τι τοιοῦτον ὑπάρχῃ, τῆς ἐξ ἑτέρου προσδεῖται γνώσεως. ἐγὼ μὲν ἐπαγγέλλομαί

omnes doctrinae quidem sunt: an vero optimae, videamus, primum ab iisdem rursus incipientes: id enim nobis et manifestum apparet, quamvis illud incredibile reddere conentur sophistae, nullum videlicet esse naturale iudicandi instrumentum. Circinus enim circulum describit, cubitus magnitudinem discernit, ut libra, quae pondus habent. Haec autem omnia sibi paravit homo naturalibus organis, et iudicandi impulsus instrumentis, ultra quae iudicandi instrumentum nec antiquius habemus, nec praestantius: hinc igitur oportet auspicari. Rursus enim dicit animus, quod nobis possibile est credere, vel non credere naturali indicandi instrumento, hoc vero non est possibile alio instrumento iudicare; quo enim iudicantur cetera omnia, quomodo et illud ab alio iudicaretur? Vis credere oculis clare videntibus, et linguae gustanti, hoc esse pomum, illud ficum, vel non credere? Concedam, quicquid nobiscum volueris facere, si cupias mecum disputare: a te vero non credente recedam, tanquam ab affecto praeter naturam. Primo supponatur, te non credere, nec quidquam sperare ex me discere; hoc enim nuper abstinui dicere. Supponatur vero te credere, sperare ex me iudicium addiscere. Ego vero sensilia per ea, quae evidenter a sensibus percipiuntur, intelligibilia vero per ea, quae intellectu concipiuntur, credibilia iudico. Cum autem ex naturalibus instrumentis iudicandi artes omnes constituantur, organa vero et instrumenta iudicandi artificialia, per quae alia sibi ipsi componunt, alia autem ab aliis composita iudicant, et ego ostendam in universum organa et instrumenta iudicandi, tum ea, quibus parabis veras rationes, cum ea, quibus ab aliis allatas iudicabis. Totum enim sic se habet; si quid enim ex se ipso appareat sensui, vel intellectui manifeste, disquisitione non indigebit; ut si quid tale non existat, quae ab alio sumitur, eget cognitione. Ego vero me polliceor

Ed. Ch. σοι διδάξειν, ἔνια μὲν τοῖς κατὰ τὰς τέχνας ὀργάνοις ἀνάλογα, ἐξ ὧν εὑρήσεις τὸ ζητούμενον· ἔνια Ed. Bas. δὲ τοῖς κριτηρίοις, ἐξ ὧν τὸ δοκοῦν εὑρῆσθαι κρινεῖς. ἐπειδὰν δὲ μάθοις ταῦτα, ἐπὶ πολλῶν παραδειγμάτων γυμνάσω σε ταχέως τε ἅμα καὶ ἀκριβῶς εὑρίσκειν, καὶ κρίνειν τὸ ζητούμενον, ὥστ᾽ οὐδὲ βιβλίου δεήσῃ τινὸς ἔτι ἤδη πρὸς τὴν τῶν ἀληθῶν εὕρεσιν, οὔτε διδασκαλίας ἑτέρας, εὐθύς τε δήπου καὶ τοὺς ἄλλο τι λέγοντας ὧν εὕροις, ἑτοίμως γνωρίσειας. ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν γιγνώσκων εὐθεῖαν οὖσαν, οὐ δεῖται διδασκαλίας ἑτέρας εἰς ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων, οὕτω καὶ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀποδείξεως ἐκμαθὼν, εὐθὺς ἅμα ταύτῃ καὶ τὰς πεπλανημένας γνωρίζει.

Κεφ. ε.

Φαβωρῖνος δέ μοι δοκεῖ παραπλήσιόν τι ποιεῖν τῷ φάσκοντί σε εἶναι τυφλὸν, δύνασθαι δὲ κρίνειν, πότερος ἡμῶν ἐστι ῥυπαρώτερος ἢ λευκότερος· οὐκ ἐννοῶν, ὅτι τῷ μὲν μέλλοντι τὰ τοιαῦτα κρίνειν, ὑπάρχειν χρὴ πρότερον ὄψιν. οὐ μὴν οὐδὲ διαφέρει πρὸς τὴν κρίσιν, ἢ μηδ᾽ ὅλως ἔχειν ὄψιν, ἢ ἔχοντα μὴ πιστεύειν αὐτῇ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτι ᾧ κρίνομεν, ὁποῖόν ἐστί τι, καὶ ὅτι τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἴσα ὑπάρχει, καθάπερ τοῖς ὄνοις οὐκ ἄν τις ἐπιτρέψειεν, ὅτι μηδ᾽ ὅλως ἔχουσι νοῦν, οὕτως οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μηδὲ οὗτοι πιστὸν ἔχουσι τὸν νοῦν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρὸς τὴν τῶν κρινομένων διδασκαλιῶν ἀπιστίαν, ἢ μηδ᾽ ὅλως ἔχειν τι κριτήριον, ἀλλ᾽ ἢ ἀπιστεῖν αὐτῷ. γελοῖος οὖν ἐστιν ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπων κρίνειν τοῖς μαθηταῖς, ἄνευ τοῦ συγχωρῆσαι τὴν πίστιν τοῖς κριτηρίοις. εἰ γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐναργὲς τῷ νῷ, ἢ πιστὸν ἐξ ἑαυτοῦ, διέφθαρται πάντων ἡ κρίσις. εἰ δ᾽ ἔστι μὲν, ὥσπερ ὀφθαλμὸς τῷ σώματι, τοιοῦτος ἐν τῇ ψυχῇ νοῦς,

te docturum quaedam instrumentis, quae ab arte fiunt respondentia, quibus quaesitum invenias; alia vero iudicandi instrumentis, quibus, quod tibi videbitur, inventum fuisse iudicabis. Cum autem haec didiceris, multis te exemplis exercebo, ut celeriter et perfecte invenire possis, et iudicare id, quod quaeritur; ita ut nullo iam amplius libro indigeas ad inventionem veri, nullave alia institutione, et statim dignoscas eos, qui dicunt alia ab iis, quae inveneris. Quemadmodum enim qui cognoscit, rectam viam esse rectam, non indiget alia doctrina ad redarguendum eos, qui aberrant: sic et qui rectam demonstrationis viam didicit, statim simul per ipsam cognoscit erroneas.

Cap. 5.

Favorinus vero mihi videtur similiter facere, ac si quis diceret, te esse coecum, posse autem iudicare, quis nostrûm sit sordidior, aut candidior, non cogitans, quod, qui talia iudicaturus est, ei prius oporteat inesse visum. Atqui nihil refert ad iudicandum, non omnino visum habere, aut, cum habeas, ei non credere. Eodem quoque modo, quoniam id, quo iudicamus, tale aliquid est, et quoniam, quae eidem sunt aequalia, inter se sunt aequalia. Quemadmodum asinis nemo iudicare permittet, quia mente carent: ita nec hominibus, si mentem habeant, cui fides haberi non possit. Nihil enim differt ad iudicandum doctrinarum incertitudinem, vel nullo modo habere instrumentum iudicandi, vel ipsi non credere. Ridiculus igitur est Favorinus, permittens iudicium discipulis, nisi concedat fidem ipsis instrumentis iudicandi. Si enim nihil evidens intellectui, quamvis ex se credibile, rerum omnium perit iudicium; si autem sit quidem, ut oculus in corpore, ita mens in anima,

Ed. Ch. οὐ μὴν ἅπασί γε ὁμοίως ὀξὺς, ἐγχωρεῖ, καθάπερ ὁ βλέπων ὀξύτερον ἐπάγει πρὸς τὸ θέαμα τὸν ἀμβλύτερον ὁρῶντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἐπὶ τῶν νοημάτων, ὑπὸ τῶν φθασάντων ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ νοητὸν, ἐπάγεσθαι πρὸς τὴν θέασιν αὐτοῦ τὸν ἀμβλύτατον. καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶν ὁ διδάσκαλος, ὡς ὁ Πλάτων τε φησὶ, κἀγὼ πείθομαι. καὶ γέγραπταί γέ μοι περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ, ὅτι τοιαύτη τὶς οὖσα ἦν πρὸς τὴν νόησιν ἐναργὴς ἡ διδασκαλία. γέγραπται δὲ καὶ ὅπως ἄν τις ὁρμώμενος ἀπὸ τῶν ἐν ἑκάστῳ στοιχείων τε καὶ ἀρχῶν, ἀποδεικνὺς εἴη μάλιστα πᾶν, ὅσον ἀποδειχθῆναι δυνατὸν, οὐχ ὡς ὁ θαυμαστὸς Φαβωρῖνος, ἓν ὅλον γράψας βιβλίον, ἐν ᾧ δείκνυσι μηδὲ τὸν ἥλιον εἶναι καταληπτὸν, ὡς ἐπιλήσμοσιν ἡμῖν ἑτέρωθι διαλέγεται, συγχωρεῖ τέ τι βεβαίως εἶναι γνωστὸν καὶ τοῦτ᾽ ἐπιτρέπων αἱρεῖσθαι τοῖς μαθηταῖς. Ed. Bas.

---

non equidem omnibus aeque perspicax, consentaneum est, quemadmodum qui cernit acutius, adducit ad visibile eum, qui videt obscurius; simili modo in intellectionibus; qui enim ceteris antecellit in evidenti cognitione rei intelligibilis, ad eius contemplationem adducit maxime caecutientem, et hic est praeceptor, ut inquit Plato, et ego fateor, et de his scriptum est a me fusius in tractatu de demonstratione, quoniam talis est evidens doctrina ad intellectionem. Scriptum autem est, quomodo quis exorsus in unaquaque re ab elementis et principiis, possit maxime demonstrare, quicquid possibile est demonstrari; non, ut mirandus ille Favorinus, qui totum unum scripsit, in quo ostendit, ne solem quidem esse comprehensibilem, et quasi cum obliviosis nobiscum alibi disputat, conceditque, aliquid certo esse cognoscibile, et illud discipulis eligere permittit.

Adnotationes.

Triplicem reperiri huius libelli interpretationem latinam; primam Nicolai Rhegini Calabri, antiqui interpretis; alteram Desid. Erasmi; tertiam Prateoli, doctoris medici Parisiensis, (quam nos typis describendam curavimus,) monuit Ren. Charter. Addit Theod. Goulston, barbaram esse versionem Nicolai; latiniorem Des. Erasmi; post illam Jani Cornarii prodiisse, quam contractiorem reddiderit Andr. Lacuna.

Inscriptio huius libelli plenior legitur in cod. Adelphi, adiectis post διδασκαλίας verbis πρὸς Φαβωρῖνον ὑπὲρ Ἐπικτήτου, et ita quoque exhibet Galenus ipse *de libr. propr.* c. 13. Goulst.

Cap. 1.

ὁ Φαβωρῖνος] Arelatensis Gallus, qui sub Traiano et Hadriano floruit, paulo ante Luciani aetatem, eum saepius commemorantis; Dionis Chrysostomi et Epicteti discipulus, quem in libro, ad Epictetum scripto, cum Onesimo, Plutarchi servo, colloquentem finxit, id quod h. l. Galenus testatur. Cs. eundem *de libr. propr.* T. IV. p. 367. ed. Bas. (T. I. p. 47. ed. Chart.), in quo loco Charterius haud dubie erravit, cum περὶ ἀρίστης διδασκαλίας (deletis, quae nunc sequuntur in Ald. et Bas. editt. πρὸς Φαβωρῖνον) ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον ἐν unius eiusdemque libri inscriptionem esse contenderet. In hoc enim libello de optimo docendi genere praeter commemorata plane nihil de Epicteto occurrit. Quare videtur probabilius, duplicem exstitisse Galeni librum ad Favorinum, unum de optimo docendi genere, alterum de Epicteto, seu libri illius, quem Favorinus Epicteto inscripsit, argumento, atque post prius Φαβωρῖνον interpunctionem maiorem ponendam esse. Varia scripta, quae Favorinus edidit,

commemorata sunt a Jo. Alb. Fabricio in *Bibl. Graec.* libr. III. c. 4. T. III. p. 154 seq. ed. Harles.

οἱ Ἀκαδημιακοὶ] Semper habent codd. nostri. Editiones Luciani, Plutarchi, Athenaei et Lex. Henr. Stephani scribunt Ἀκαδημαϊκοὶ etc Goulst.

τὴν ἀντικειμένην] Edit. Goulst. legit τῇ ἀντικειμένῃ, uti paulo post προσαγορεύοντας — ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις λόγων.

κριτήριον] Criterium indicatorium, indicandi vim habens. Criterium aliud φυσικὸν, naturale, quod iudicandi norma utitur, iudiciumque exercet, ut anima rationalis criterium est rerum intelligibilium; et sensitiva, sensibilium. Aliud τεχνικὸν, artificiale; ut apud Dogmaticos criteria rerum sunt syllogismus, demonstratio, elenchus: apud Empiricos observatio, memoria, transitus ad simile. Distinctionem hanc habes infra c. 4. init. Goulst. Vid. de κριτηρίοις Zenon. ap. Diog. Laert. VII. 45.

ὁ Πλούταρχος ἐπιγ.] Inter Plutarchum et Favorinum amicitiam intercessisse, documento est, quod uterque alteri libros inscriberet suos. Et Plutarchus quidem de primo frigido (Oper. To. IX. p. 727. ed. Reisk. aut T. VIII. p. 831. ed. Wyttenb.) et epistolam de amicitia, quae a Lampria filio inter deperdita patris scripta recensetur, ad Favorinum scripsit; hic autem commentarium περὶ ἀκαδημιακῆς διαθέσεως Plutarchi nomine insignivit. Heumann. ad Fabricii *l. c.* Patiniana p. 56. Gaudent. de philos. Homer. c. 93. et Baillet Jugemens T. I. p. 309 seq. hac de re consuli iubet.

λέγει δὲ αὐτὸ] Cornar. margini edit. Aldin. in bibl. acad. Jenensis servatae adscripsit, inserendum post δὲ esse τό.

Ἀλκιβιάδει] Servavi lectionem editt. Ald. Bas. et Goulst. reiecta Charterii Ἀλκιβιάδη, quam et latina versio expressit: *Alcibiadem et reliquos Academicos laudat.* Alcibiades enim est inscriptio libri Favorini, cuius memoria, praeter hunc Galeni locum, nusquam facta est. Simili modo Ciceronis Academicorum priorum liber II. inscriptus est Lucullus.

ἑκατέρῳ] Corn. emendat ἑκατέρους, ut respondeat loco, qui in initio libri statim legitur.

ἀποχωροῦντας] Cod. Lond. ἀποχροῦντας. Alii ἀποχρῶντας, *colorantes, depingentes:* sed retineo ἀποχωροῦντας, *recedentes,* et mallem ὀνόματος Στωϊκοῦ pro ὀνόματι Στωϊκῷ, ad cuius sententiae vim excutiendam scias velim, τὸ βεβαίως γνωστὸν, *quod certo sciri potest*, esse nomen proprium receptum atque usitatum: pro quo Stoici concinnarunt factitium illud κατάληπτον

et ἀκατάληπτον, *quod comprehendi potest vel secus.* Vid. Laert lib. VII. s. 46, in Zenone, et Cicero in Lucullo lib. II. ubi docet, quomodo vox κατάληψις dicebatur inventum fuisse Zenonis. Goulst.

τὴν κατάληψιν] Cicero *Acad. prior.* lib. II. c. 6. cognitionem aut perceptionem, aut, si quis malit verbum e verbo, *comprehensionem* vertit. καταληπτικὴ φαντασία (i. e. visum (*Erscheinung*), quod comprehendi potest) a Zenone definiebatur, Cicerone interprete, *tale visum impressum effictumque ex eo, quod esset, quale esse non posset, ex eo, quod non esset.* Diog. Laert. VII. 46. τῆς δὲ φαντασίας τὴν μὲν καταληπτικὴν, τὴν δὲ ἀκατάληπτον. καταληπτικὴν μὲν, ἣν κριτήριον εἶναι τῶν πραγμάτων φασὶ, τὴν γινομένην ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον, ἐναπεσφραγισμένην καὶ ἐναπομεμαγμένην· ἀκατάληπτον δὲ τὴν μὴ ἀπὸ ὑπάρχοντος.

ὡς δὲ καὶ] Cornar. mavult ὥστε καί. Caeterum testatur h. l. Galenus, tres a Favorino consignatos fuisse libros περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας, quorum primum ad Adrianum, secundum ad Dysonem, tertium ad Aristarchum retulit. Inde Fabricius *Bibl. Gr.* l. c. tria diversa de uno eodemque argumento opera effinxit. Sed mihi videtur unum tantum fuisse opus, tribus constans libris, quorum primus ad Adrianum etc. erat directus.

Δύσωνα] Ed. Ald. cum asterisco. Venet. cod. in margine *. Alii Drysonem. Goulst. Posteriorem lectionem secutus est Charter.

Cap. 2.

παρὰ τὸ γνωστὸν] Calaber vertit: *certe cognoscibile.* Videtur legisse βεβαίως γνωστόν. Goulst. Paullo post in Goulstoni editione post γιγνώσκειν colon positum est.

ὅσον ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου] Ita Chart. exprimendum curavit, cum in Ald. et Basileensi esset ὄν, cui proxime accedit cod. Lond. ὂν. Margini editionis meae adscripsit quidam ὡς, quod Goulstonus recepit.

ᾧ παραβάλλειν] Ad criterium, tanquam ad normam, qui singulas res applicat, exigitque, facile poterit veritatem dignoscere. Goulst.

ἱκανῶς συγχωρήσουσιν] Cornar. post ἱκανῶς inserit εἶναι.

ἀπαιτήσεως] Impressi *ἀπαιτήσεως*. Aliqui codd. *ἀπαντήσεως* i. e. *obviatione*. Alii *ἀπατήσεως*, *deceptione*, vet. interpr. Sed aliquid aliud petemus ab artificibus praeberi discipulis; quod non est aliud, nisi ratiocinari; quod dicitur a multis discutere etc. Loci huius constructio durior, sed opinor, coniecturam, quam attuli, a rei veritate prope abesse. Nota, hic *λογίζεσθαι*, ratiocinari, et *ψηφίζειν*, supputare, sibi invicem respondere: verum ita, ut illud, ratiocinari, sit discipuli; supputare seu calculare, ipsius vulgi. Goulst.

μᾶλλον μὲν τοὺς] Videtur hic locus corruptus esse. Hinc Corn. inserenda putat: *καὶ γὰρ ὁρῶμεν καὶ* ante *μᾶλλον*. Goulst. autem post *τεχνίτας* addit (*οὐ*).

ἐπανορθούμενον] Cod. Adelph. *ἐπανορθοῦν*.

ἐνεργείας] Codd. et vetus interpr. *ἐνεργείας*, *actiones*, tam hic, quam linea sequenti, pro quo utrobique reposui *ἐναργείας*, quod ipsum et postulare videtur sententiae scopus, et auctor etiam, *ἐποχὴν* et *ἐναργείας* ex adverso opponens, manifeste declarat.

οὗτοι γὰρ εἰσιν] Ita Chart. Reliqui *αὐτοί*.

ἢ τοῖς ὑπό του βεβαίως] Corn. pro *ἢ* emendavit *καὶ οἱ*. Cod. Lond. confirmat emendationem *τοῦ ἢ* in *καί*.

τοῖς γιγνωσκομένοις καταφρονεῖν] Lege *καταφωνεῖν*, si in contradicendi sensu sumtum reperitur: sin minus, forsan *ἐναντία φρονεῖν*: alioqui *τῶν γιγνωσκομένων* legendum, si *τὸ καταφρονεῖν* retineatur. Goulst.

λύειν καὶ ταυτὰ] Ita Chart. reposuit loco *κατὰ ταυτὰ* edit. Ald. et Bas. Goulst. ex hac lectione refinxit *καταλύειν ταῦτα*, quod etiam in contextum recepit.

ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ] Manifestum est intelligi Carneadis discipulos. Quare Chart. recte *αὐτῶν* editt. Ald. Bas. et Goulst. mutavit in *αὐτοῦ*, quod etiam Cornar. fecit.

ὑμῖν, ὦ μαθηταί] Goulst. in textum recepit *ἡμῖν*, quod quoque Cornar. coniecit.

Cap. 3.

εἴπερ ἦν] Goulstonus hanc lectionem, quam probat, vertit: *si in vivis esset*. Hoc autem cum esset, Cornarii coniectura, *εἰ παρῆν* legentis, quam et versione expressit

Chart. *si adesset*, ita sese mihi probavit, ut, quin in contexta reciperem, parum abesset.

ἐν δὴ] Codd. excusi ἐν δή. Adelphi mst. εἰ δὴ vel ἐὰν δή. quod posterius recepit Goulst.

οἷον μέν τι χρῆμα] cuiusmodi res: ita infra c. 4. extr. ὁποῖόν τι, cuiusmodi quid. Goulst.

ἔχομέν τε] Corn. coniicit εἴχομέν γε.

τοὺς ἰδίων τῶν δογμ. διδ.] i. e. unaquaeque secta propriorum dogmatum demonstrationes obtineret. Luculentus sane hic locus: neque cuiquam nisi demonstrationis logicae inscienti obscurus. Goulst.

ξυστὸν] Quomodo inter instrumenta, quibus metimur, ponderamus, circulum describimus, ξυστὸς s. ξυστὸν referri possit, haud intelligitur. Cum c 4. eadem instrumenta repetantur, ibique rectius legatur ὁ ζυγὸς, hanc vocem Cornar. aptissime loco ξυστὸν reponendam esse statuit. Recepit etiam Goulstonus ζυγόν. Proxime sequentia verba καὶ κανόνα desunt in ed. Goulst. haud dubie typographi culpa; nam in versione latina sunt expressa.

εὔδηλον, ἐννοῶ] Ita Charter. — Ald. autem et Bas. ἐννοῶν. In qua lectione cum haberet Cornar., quod desideraret, addidit τι post ἐννοῶν. Goulst. denique exprimendum typis iussit ἐννοεῖν, et verba ὅτι δὲ αὐτῶν usque ad ἐννοεῖν parenthesi inclusit.

ἐγχείρησον — μόνον σοφιστὰς] Locus perobscurus: ant. interpr. *sed oportebat te docere solummodo sophistas, quod nullum nobis iudicatorium est innatum; hoc enim ausus es nobis dicere, cum fortassis sensum et intellectum concedet esse iudicatorium veritatis, quicunque est in logicis eruditus. Quicunque vero interimunt totam spem, delirant; sicut et Favorinus, qui evertit omnia et dicit, nescire ea esse; et postea committit discipulis suis iudicium; quod neque qui ante ipsum, commiserunt eis.* Haec interpr. Alii vero, ut locum laborantem reficerent, transponenda censuerunt illa, quae parenthesi clauduntur, hoc modo: ἢ λῆρος. (ἐγχείρισον (ita) δὲ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον.) πόθεν οὖν etc. Goulst. Ed. Ald. et Bas. ἐνεχείρησον, quod Goulst. mutavit in ἐγχείρ. Corn. ἐνεχείρησαν — μόνοι σοφισταί.

τολμηρῶς] Audacter quidem ipse, (quia cum suis ipsius pugnat rationibus,) ἡμῖν δὲ ἴσως, sed nobiscum tamen sic forsan inquit. Goulst.

ἴσως φησὶν] Cod. reg. φασί. Goulst. edit. λησι, haud dubie typothetae errore, qui maxime negligens fuit.

βουλόμενος ἐλπίσι] Cod. Lond. βουλομένης. Goulst.

καθάπερ ἐκεῖνος] Corn. ἐκεῖνοι.

ὑπάρχειν ὁμολογῶν] Ita restituit pro vulg. ὁμόλογον Goulstonus et Cornarius, quos secutus est Charter.

ὅθεν ὑπάρχειν] Goulstonus emendavit ὅπερ.

προσποιούμενος] Ita Corn. emendavit corruptum προσποιουμένους edit. Ald.

οἱ πρὸ αὐτοῦ] Charter. lectionem hanc, quae in ed. Bas. margine conspicitur, Cornariumque habet auctorem, recte in contexta recepit. Fecerat idem iam Goulstonus.

Cap. 4.

ἀλλ' οὐδὲ διδασκαλία] Pendet substantivum ab antegresso ἐστιν. Posui autem post διδασκαλία comma, quod Goulst. post ἀρχὴν habet. Corn. corruptum διδασκάλην editt. Ald. et Bas. mutavit in διδασκαλίαν, coniunxitque cum ἐναργῶς οἶμαι δεδιδάχθαι, quod necessarium haud puto.

ἂν δ' οἱ λοιποὶ πάντες] Goulst. hunc locum audacter mutavit sic: ἂν δ' αἱ λοιπαὶ πάντων διδασκαλίαι μέν εἰσιν, οὐδ' ἄρισται, σκοπῶμεν. In adnotationibus addit: Quid si sic? νῦν δ' αἱ λοιπαὶ π. δ. μ. ε. εἰ δ' ἄρισται, σκοπ. In margine ed. Goulst. p. 37. legitur νῦν δ' εἰ.

ἡμῖν ἐναργῶς] Hanc lectionem, quam Corn. proposuit loco ἡμῶν editt. Ald. et Bas., recepere Goulst. et Chart.

ὑπείσομαι] Goulst. edit. ὑπείξομαι, *concedam:* Corn. ὑποίσομαι. at excus. ὑπείσομαι, *suspicabor*, quid in nobis facturus es, quae lectio sane durior: lego igitur ὑπείξομαι, *concedam et obsequar tibi*, ut respondeat suo contrario, τῷ ἀφίσταμαι, *abscedam*, in periodo sequenti. Goulst.

πιστεύειν, ἐλπίζεσθαι μαθήσ.] Goulst. post πιστεύειν inserit (καὶ). Corn π. καὶ ἐλπίζειν μαθήσ. quod praetulerim.

παρ' ἐμοῦ κρίνειν. ἀλλ' ἐγὼ] Cod. Ad. et ed. Ald. habent vocibus ἐμοῦ κρίνειν puncta subnotata, quasi delendis, aut sal-

tem suspectis. Ex coniectura addidimus (οἶμαι), quae utraque deerant codd. editis, ipsumque post particulam ἀλλ' ἐγὼ transferri curavimus. GOULST.

τὰ δὲ ὑφ' ἑτέρων] Sic Aldin. Sed Bas. ed. ἐφ', Cod. Lond. ἀφ'. GOULST.

ἔχει γὰρ οὕτως τὸ πᾶν] Bas. et Goulst. ἔχεις.

εἰ δὲ μήτε τι τοιοῦτον] Cornar. εἰ δὲ μὲν οὖν τι etc. — ἐγὼ ἐπαγγέλλομαί σοι, deleto μὲν post ἐγώ.

εὐθεῖαν οὖσαν] Cod. Venet. ant. et vetus interpres habent μίαν; quod et ἑλληνικώτερον est, et sensui verborum accommodatius. GOULST.

τῶν πεπλανημένων] Metaphor. aberrantium viarum i. viarum eorum, qui aberrant: sicut et linea sequenti πεπλανημένας, vias aberrantes; nisi, priori voce retenta, posteriorem emendatius legas τὰς πεπλανημένων. Et utrobique proprie interpreteris, non vias errantes, sed qui vagantur et errant. GOULST.

Cap. 5.

ἀλλ' ἢ ἀπιστεῖν] Corn. delendum censet ἀλλ'. Dein ed. Bas. ἀπιστεύειν habet, quod Goulst. et Chart. in ἀπιστεῖν mutaverunt.

διέφθαρται πάντων ἢ κρ.] Vet. interpr. rectius πάντως. *Corruptum penitus est iudicium.* GOULST.

τὴν θέασιν αὐτοῦ τὸν ἀμβλύτατον] Edd. Ald. et Bas. αὐτοῖς. Lond. cod. αὐτῶν. Chart. et Goulst. αὐτοῦ. Ἀμβλύτατον vet. interpr. vertit: *eum, qui obtusius videt.*

Indiculus

eorum, qui nominum suorum subscriptione redemptionem Medicorum Graecorum spoponderunt.

Altenburg.

Herr D. Choulant.
— D. Pierer.
Die Schnuphasische Buchhandlung 2 Exemplare.

Alt-Strelitz.

Hr. D. Mart. Bjm. Hanius.

Anklam.

— D. Berends.

Annaberg.

— D. Th. B. Neuhof, Berg- u. Stadtphysik.

Bautzen.

— D. Buchheim.
— Conrect. Otto.
— Rector Siebelis.

Berlin.

Die kön. Preufs. Regierung in Berlin 10 Exempl.
Hr. Geheim. Rath Prof. Berends.
— D. Böhr.
— D. Breyer.
— D. Bruckert.
— D. Bufse.
— Gener. Chirurg. Butter.
— Geh. Rath D. Formey.
— D. Hecker.
— D. Hirsch.
— Staatsr. u. Leibarzt D. Hufeland.
— Prof. D. Hufeland d. j.
— Leibarzt D. Kunzmann.
— Prof. D. Linck.
— D. Meyer.
Hr. Prof. D. Osann.
— Geh. Medic. Rath u. Prof. Rudolphi.
— Divis. Gen. Chir. Prof. D. Rust.
— D. Schweitzer.
— Geh. Med. Rath Prof. v. Siebold.
— D. Stosch.
— Geh. Rath Fr. Aug. Walther.
— Leibarzt u. Gen. Stabs-Chir. D. Wiebel.
— Prof. D. Wolfart.

Bremen.

— Buchhändl. Kayser.

Breslau.

— D. Andree.
— Prof. D. Bartels.
— Prof. D. Benedict.
— D. Borckheim.
— D. Ebers, Hospitalarzt.
— Prof. D. Fischer.
— D. Guttentag.
— Medic. Rath u. Prof. D. Hagen.
— Medic. Rath u. Prof. D. Hanke.
— D. Hentschel d. ä.
— D. Krocker.
— Küster, zweiter Lehrer am Hebammen-Institut.
— D. Laube.
— D. Lüdicke.
— D. Morgenstern.
— Prof. Passow.
— Prof. D. Remer.

Hr. Prof. Schneider d. j.
— Prof. Steffens.
— Med. Rath u. Prof. Wendt.
— D. Zemplin.
Die Universitäts-Bibliothek.

Carlowitz in Ungarn.

Hr. Erzbischof und Metropolit Steph. v. Stratimirovics.

Carlsbad.

Hr. D. Mitterbacher.

Cöln am Rhein.

Hr. D. Degreck.
— D. Eltendorf.
— Med. Rath D. Günther.
— Prof. D. Haafs.
— Regier. und Medic. Rath D. Hame.
— Regier. Rath D. Freih. von Haxthausen.
— D. Hensay.
— D. Horst.
— D. Peipers.
— D. Schmitz.

Darmstadt.

Hrn. Buchhändl. Heyer und Leske.

Dillingen.

Hr. D. Wacker.

Dorpat.

Die Universitäts-Bibliothek.

Dresden.

Hr. Conr. M. Baumgarten-Crusius.
— Chirurg. Fr. Eltz.
— Rector Gröbel.
— D. Kapp, Ritter d. Wasa-O.
— D. Klose.
— D. Fr. Aug. Pönitz.
— Wagner, vierter Lehrer an d. Kreutzschule.
— Hofr. D. Weigel, Ritt. des St. Wladim.- u. d. k. preufs. rothen Adler-Ordens.

Frankfurt a. M.

Die Herrmannsche Buchhandl.

Frauenstein in Sachsen.

Hr. D. u. Amtsphysik. Hederich.

Freyberg.

Hr. Rector M. Gernhard.
Hr. Conrect. M. Rüdiger.
— D. Weifs.

Freyburg im Breisgau.

Hr. Prof. D. C. A. Moser.

Gera.

Die Bibliothek d. Gymnasiums.

Giefsen.

Hr. geistl. Geheim. Rath D. Schmidt.
— Prof. D. Walther.

Glaucha.

— D. Burrmann.

Göttingen.

Die Universitäts-Bibliothek.
Hr. Buchhändler Vandenhoek u. Ruprecht 3 Ex.

Grätz.

Hr. Buchhändler Ferstl.

Greifswalde.

— Assess. D Seifert.
Die kön. akadem. Bibliothek.
Die Schulbibliothek.

Grimma.

— Prof. M. Gräfse.
— Prof. M. Hochmuth.
— Prof. u. Rect. Sturz.
Die Schulbibliothek.

Halle.

Hr. D. u. Prof. Düffer.
— D. Fr. Hahnemann.
— Prof. D. Jacobs.
— Prof. D. Naeke.
— Hofr. u. Prof. Nafse.
— Regis.
— Hofr. u. Prof. Schütz.
— Hofr. u. Prof. Seidler.
— Prof. D. Curt Sprengel.
— D. Wilh. Sprengel.
— D. Thilo.
— D. u. Stadtphys. Ulrich.
— Hofr. D. Weinhold.
Die Bibl. des k. Pädagogiums.

Hamburg.

Hr. D. u. Direct. Gurlitt.
Die Rathsbibliothek.

Hanau.

Hr. Prof. D. Hefs.
— D. Nietsch.
— Prof. Vömel.

Hannover.

Hrn. Buchh. Gebr. Hahn 2 Ex.

Heidelberg.
Hr. Hofr. D. Conradi.
— Hofr Creutzer.
Die Universitäts-Bibliothek.

Jassy.
Hr. M. Gobdelas, AA. LL. Philos. et Med. Doct.

Jena.
— D. Löwenstein-Löbel.

Kiel.
— Hermes, der Arzneiw. Befl.
Die Universitäts-Bibliothek.
Hr. Etatsr. u. Prof. D. Weber.

Königsberg.
— Hofr. D. Burdach.
— Prof. und Stadtphysikus D. Henne.
— Regim. Arzt D. Kratz.
— Prof. Lobeck.
— Dir. des Gymn. D. Struve.
Die Universitäts-Bibliothek.

Kreutznach.
Hr. Districtsarzt D. Grimmel.

Landshut.
— Hofr. D. Walther.
Die Universitäts-Bibliothek.

Langensalze.
Hr. Regimentschirurg. Dietz.

Laubach.
Sr. Erlaucht der Hr. Oberpräsid. Friedrich, Reichsgraf zu Salms-Laubach.

Leipzig.
Hr. Anton, d. Arzneyw. Cand.
— Baumann.
— Hofr. Beck.
— D. Bernhard.
— Hofr. D. Biener, der Juristen-Facult. Ord. etc.
— Oberhofger. Rath D. Blümner.
— D. Cerutti.
— Consist. Assess. D. Diemer.
— Prof. D. Eschenbach.
— Rector Forbiger.
— Prof. D. Haase d. ält.
— D. Haase d. j.
— Hasper, Baccalaur. d. M.
— Haubold, — — —
— Heering, — — —
Hr. Prof. Hermann.
— D. Kuhl.
Die Kummersche Buchhandl.
Hr D. Leune.
— Mor. Gust. Martini, d. Arzneyw Cand
— D Naumann d. ä.
— Hofr. D. Platner.
— D. Pohl, der Medic. Befl.
— D. Polack.
— D. Puchelt.
— D. Ritterich.
— Hofr. D. Rosenmüller.
— Prof. u. Rect. Rost.
— Schenckel, d. Arzneyw. Befliss.
— D. Schwartze.
— D. Sonnenkalb.
— Prof. Spohn.
— Domherr D. Stockmann.
— Domh D. Tittmann.
— D. Voigt.
Die Universitäts-Bibliothek.

London.
Hr. D. Alex. Henderson, königl. Leibarzt.

Merseburg.
Die Schulbibliothek.

München.
Hr. Ger. Pet. Kiefer, des Studien-Lehramts Candidat.
Sr. Exc. Hr. Graf v. Pahlen, Russ. kais. Gesandter.
Hr. Prof. Thiersch.
Die kön. Bibliothek.
Die Bibl. des philol. Instituts.

Neu-Brandenburg.
Hr. D. Ca. Fr. Fd. Kirchstein.
— Hofr. D. Ca. Fr. Schultz.
— Rath u. Phys. Heinr. Walther.

Neu-Strelitz.
— Geh. Med. Rath u. Leibarzt Hieronymi.
— Ober-M. Rath Wildberg.
Die Groſsherzogl. Bibliothek.

Penzlin.
Hr. Rath D. Thd. Kortum.
— D. Heinr. W. Pfuhl.

Pirna.
— D. Schmalz,

Potsdam.
Hr. Buchhändler Horvath.
Prag.
— Cp. Fanta, d. Arzn. Befl.
Pyrmont.
— D. Ca. Thd. Mencke.
— D. Ferd. Seiler in Lugde bei Pyrmont.
Regensburg.
Herren Buchhändler Monath u. Kufsler.
Riga.
Hr. Buchhändl. Hartmann.
Rom.
— D. Prela, päbstl. Leibarzt.
— Prof. de Matthaeis.
Rostock.
— D. F. A. Becker, Grofsherzogl. Mcklenb. Schwer. Leibmed. zu Parchim.
— D. u. Prof. C. Brandenburg.
— D. L. Held in Franzburg, im Neu-Preufs Vorpommern.
— D. u. Prof. W. Josephi.
— D. u. Prof. G. Mähl.
— D. u. Prof. Masius.
— D. Fr. Meyer zu Loiz.
— Geh. Med. Rath D. Sam. G. Vogel.
Die Universitäts-Bibliothek.

Schulpforta.
Hr. D. Ilgen.
Die Schulbibliothek.
Stralsund.
Hr. C. B. Helwig.
— D. A. V. Kaminsky.
— Apotheker G. S. Krüger.
— Buchhändler Löfler.
— D. Mierendorf.
— Leibmedicus D. Sager.
— D. Walther.
Ulm.
Die Stettinsche Buchhandlung.
Werthheim.
Hr. Medic. Rath D. Steinig.
Wildenfels.
— D. Unger.
Wilna.
— Colleg. Rath D. Jos. Frank.
Wolckenburg.
— D. Haugk.
Zeitz.
— Tertius M. Dähne.
— Conrect. M. Kiefsling.
— Rector M. Müller.
Die Schulbibliothek.
Zürich.
Hr. Buchhändler Ziegler u. Söhne.

LIPSIAE

IMPRESSIT CHRISTIANUS ADOLPHUS DEUTRICH.